

Joachim Albinus    Heinrich Hübner

## **Tertia Disputatio Feudalis De Rebusquae In Feudum Dari Possunt**

Rostochii: Ferberus, 1620

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730869288>**

Druck    Freier  Zugang



26<sup>3</sup> 5

TERTIA  
DISPUTATIO FEUDALIS  
De  
REBUS QVÆ IN  
FEVDUM DARI  
POSSUNT.

Quam

OMNIPOTENTE RERUM OMNIUM CREATORE  
AC CONSERVATORE AVXILIANTE,

Amplissimâ Facultate Juridica Rostochiensis  
Academiæ approbante,

PRESIDENTE  
CLARISSIMO AC CONSULTISSIMO VIRO  
DN. JOACHIMO ALBINO  
J. U. D.

Publicè defendere conabitur

HENRICUS HUEBNERUS  
Haynovienfis Silesius.


Ad diem 20. Decemb. in Acroasi magna, horis consuetis.



ROSTOCHII,

Typis AVEUSTINI FERBERI, Anno 1620.

Rel. jur 1620 Albino, Joachim/6



DISPUTATIO FEVDALIS III.

DE

REBUS QUÆ IN FEVD-  
DUM DARI POSSUNT.

Π Α Ρ Α Σ Κ Ε Υ Η.

**C**um omne jus, quo utimur, teste Jcto Gajo lib. 1. In-  
stit. vel ad Personas, vel ad res, vel ad actiones pertineat  
I. omne 1. ff. de stat. hom. *Visis superiore disputatione,  
Personis Feuda tam Dantibus, quam Accipientibus, recta me-  
thodo rerum, quæ ab illis dari & accipi possint, tractatio subjun-  
gitur. Sūt nonnulli, ut Clariss. D. Lud. Schrad. Dn. Uld. Zaf &  
Dn. Joh. Schneidw. qui res Personis anteposuerunt, de illis prio-  
ri, de his posteriori suorum tractatum loco agētes. Qui ordo no-  
bis non probatur: Personæ enim rebus ipsis digniores sunt, homi-  
nisq; gratiâ omnia, quæ in terris gignuntur natura comparavit,  
ut post Cicer. lib. 1. offic. Gajus l. in pecudum 28. §. part.  
1. ff. de Usur. & Justin. Imp. §. fin. Inst. de J. N. G. & C.  
& §. in pecudum 37. in fin. Inst. de R. D. testantur. Me-  
ritò igitur Personæ eunt præ, res sequuntur.*

T H E S I S I.

**R**es vel Corporales (a) sūt vel Incorporales: (b) Cor-  
porales vel mobiles (c) vel immobiles. (d)

(a) Quæ sub tactum & aspectum cadunt, ut  
hominis aut cujuscunq; alterius rei corpus *pr.  
Inst. de Reb. corpor. & incorp. l. 1. §. quadam 1. ff. de  
Rer. divis.* (b) Quæ sui natura tangi non possunt,  
qualia sūt, quæ in Jure cōsistūt, sicut hereditas,  
ususfructus, &c. *d. pr. d. l. 1. §. 1.* (c) Quæ de lo-  
co in locum moveri possunt; hæq; si se ipsas  
mouent, Mouentes dicuntur, ut Equus, ovis;

F 2

si vero

¶ verò ab alio moveantur, Mobiles in specie  
appellantur, ut poculum, catena *l. moventium 93.*  
*d. V. S. l. sicut. 13. C. de servit. & ag. l. 1. §. 1. ff. d. R. V.*  
(d) Quæ de loco in locum moveri nequeunt.

## I I.

Ex hisce Mobiles (a) regulariter à Feudis excludun-  
tur; (b) Immobiles verò & quæ Immobilibus connu-  
merantur, (c) admittuntur: Immobiles verò rursus vel  
soli (d) sunt, vel solo coherentes (e).

(a) Quarum appellatione etiam sese moventes  
in presentiarum complectimur, *Sahrende*  
*Zaabe.* (b) Cujus differentie duplicem ratio-  
nem post *Uld. Zas. Epit. Feud. part. 4. n. 21.* adfert  
*Dn. Conrad. Rittershus. lib. 1. part. Feud. c. 7.*  
*q. 2.* (c) *text. expres. in c. un. §. sciendum 2. F. 1. c.*  
*un. in fin. ibi:* Proprietas quidem rei immobilis  
*2. F. 23.* (d) Quod teste *Seneca lib. 2. nat. quest.*  
proprium *I*ctorum verbum est, & scitè ad res  
immobiles *Liegende Gründe* significandum  
sumitur *l. 1. §. 1. ff. d. R. V. l. 1. ibi:* sive mobiles  
sint sive soli *ff. de condict. tritic. (e) l. 1. §. & gene-*  
*neraliter 4. ff. d. vi & vi arm. l. quis acervus 10. ff.*  
*quod vi aut clam.*

## I I I.

Res soli primas hinc sibi vendicant partes, in quibus  
Feuda potissimum consistunt; Et illæ sunt vel singulæ  
(a) vel universæ (b).

(a) Ut fundus, area, hortus, mansus, flumen,  
lacus *c. un. §. si quis de manso uno 1. F. 4. Zas.*  
*Epit. Feud. p. 4. n. 2.* (b) ut Ducatus, Marchiona-  
tus, Comitatus, Baronatus, Dominatus, Ur-  
bes, Pagi, *c. un. 2. F. 10. Lud. Schrad. in tr. de Feud.*  
*part. 3. c. 2. n. 4. Dn. Rittersh. disp. feud. 3. th. 7. Her-*  
*man. Vult. lib. 1. de Feud. c. 5. n. 4.*

4. Proxi-

IV.

Proximæ Rebus soli sunt Res solo cōhærentes sive solo adfixæ; In quibus omnibus etiam Feuda consistunt.

*c. un. §. sciendum 2. F. i. quales sunt Ædificium, Horreum, Sylvæ, Castrum c. un. §. item si Vasallus 1. F. 3. Vld. Zas. d. Epit. Feud. d. p. 4. n. 4. Schrad. d. tr. d. p. 3. c. 1. n. 6. vers. circa hoc tamen, & c. 2. n. 52. ubi, has res in feudum dari posse, certi atq; manifesti juris esse scribit.*

V.

De Molendinis, An illa Rebus Immobilibus sint, annumeranda; magna est Feudistarum controversia, quam nos distinctionis fœdere componimus.

Nam Molendina solo adfixa & aquis agitata *Wassermühlen so auffm Lande stehen /* quin in Feudum dari possint, nullum dubium; Rebus enim immobilibus annumerantur *Jacob. de S. Georg. in tr. de Feud. in verb. cum molendinis n. 2. Joan. Schneid. in tr. de Feud. part. 2. n. 42. ubi usq; ad n. 56. inclusivè de molendinorum materia agit, de qua etiam videri possunt Bursar. conf. 41. lib. 1. Joh. Köppen decis. 19. & 20. lib. 1. Matth. Wesenb. conf. 197. vol. 4. Πνευμαλικα seu vento agitata *Windmühlen / dummodò ita facta sint,* ut loco non moveantur, licet non muleum terra contineantur, immobilium nomine similiter veniunt & in feudum dantur *arg. l. granaria 18. in pr. ff. de Act. Emr. l. 1. §. hoc interdictum 3. vers. ad eos tantum & §. planè 8. ff. d. vi & vi arm. Henr. Rosenth. in tr. de feud. tom. 1. c. 4. conclus. 4. n. 1. Dn. Ernest. Cothm. lib. 3. conf. 11. n. 16. & conf. 12. n. 22.**

• De controversia, utrum molere alicubi solitos *Die Müllengäste* avocare liceat *Vide eundem Dn. Cothm. d. lib. 3. conf. 7. per tot. & præsertim n. 21.*

Natantia *Schiffmühlen /* quæ in superioris

Germaniæ fluminibus Danubio & Albi  
 frequentissima, mobilium loco habentur,  
 & ideo in illis Feuda non constituuntur *Herm. Vult. lib. 1. d. Feud. c. 5. n. 5. in pr. Joh. Borch. in tr. de Feud. c. 6. n. 11. Helf. Ulr. Hunn. in tr. de Feud. cap. 9. pag. 173. Henr. Rosentb. d. c. 4. d. concl. 4. n. 2. ubi excipit molendinum natans, quod vulgò Bannale vocant eine Zwangmühle / quam exceptionem Dn. Rittersbus. d. disp. 3. th. 20. quoq; probat. Hanc distinctionem de Molendinis communiter receptam impugnare conatur Gedd. disp. Feud. 5. th. 7. lit. C. an rectè, in actu velitationis nostræ videbimus.*

## V I.

Feudum in pecunia constitui non posse, veritati Feudisticæ consentaneum videtur.

Ne quidem sub cautione quasi usufructus, intantum, ut accipiens fidelitate etiam juratâ non obligetur; Pecunia enim rebus mobilibus annumeratur. *Nov. 22. c. 45. vers. si verò universa. Auth. hoc nisi, ibi, in pecunia vel alia re mobil. C. de solut. ejusq; usus in abusu consistit §. constituitur 2. Inst. d. Usufr. l. hoc senatusconsultum §. 5. si pecunia l. ff. d. usufr. ear. rer. quæ usu consum. Georg. Obrecht. in tr. de Feud. lib. 2. c. 3. n. 113. Joan. Schneid. in d. tr. d. Feud. p. 2. n. 18. & seqq. Joan. Borch. in d. tr. d. Feud. c. 6. n. 14. Sonsb. de Feud. part. 8. n. 27. Henr. Rosentb. d. tr. d. c. 4. concl. 7. n. 1. & seqq. Herm. Vult. d. c. 5. n. 10. quos novissimè sequitur Helf. Ulr. Hunn. in tr. de Feud. c. 9. pag. 159. Frid. Pruck. consil. 9. n. 7. 8. 9. & 10. qui tamen n. 44. & n. 56. hanc consuetudinem, qua stabilitur, quod pecunia loco Feudi saltem, quoad id habeatur, ut eam soli heredes masculi sive feudi successores capiant, in Marchia Brandenburgica extare, & secundum eam vel centies in Camera Electorali pronunciatum esse*  
 dicit,

dicit, ac autoritate rerum iudicatarum pro-  
 bat. Cui ad stipulatur. *Dn. Ernest Cothm. conf. 47. n. 17. vol. 1.* An pactum hoc in hac provincia inter  
 Nobiles frequentissimū, daß das Geld / so auß  
 dem Lehn einem Bruder zugetommen / wis  
 der ins Lehn fallen soll / sit legitimum, nec  
 bonis legibus ac moribus contrarium, eleganter  
 hic quæritur? Adfirmantium sententiæ in-  
 sistimus cum *Dn. Cothm. conf. 8. per tot. vol. 1. Matth. Wisenb. conf. 105. vol. 3. & Joh. Koppen decis. 18. n. 9. part. 1* Pecuniam ex vendito Feudo redactam  
 Feudi habere naturam, quamvis à multis tradi-  
 tum sit; Verius tamen est esse Allodiam c.  
*un. 9. si Vasallus in fin. ibi,* nec quod accepit trans-  
 actionis nomine Feudum est. *2. F. 26. Uld. Zas. de Feud. p. 4. n. 22. Hieronym. Schurff. conf. 11. n. 1. cent. 11. Georg. Obrecht d. tr. d. c. 3. n. 111. ubi Henning. Gæd. conf. 18. n. 3.* contrarium statuentem refutat.

#### VII.

Hæ res immobiles soli soloq; cohærentes superius  
 allatæ ita sunt adfectæ, ut si dentur in Feudum, non  
 solum ipsæ veniant, sed & cohærentes secum trahant,  
 siue illæ corporales sint, siue incorporales.

*Jacob. d. Belvis. in c. un. 5. sciendum & ibi Alvaros. n. 6. Præposit. n. 5. & Matth. d. Afflict. n. 27. 2. F. 1. Ludolph. Schrad. in d. tr. de Feud. part. 3. c. 2. n. 16. Georg. Obrecht d. tract. d. c. 3. n. 116.*

#### VIII.

Hinc non inutiliter quærent Feudistæ, an Castro  
 in Feudum concessio, nulla Jurisdictionis facta mentio-  
 ne, nihilominus Jurisdictionis quæ castro cohæret, in Feu-  
 dum data esse intelligatur? Adfirmamus.

*Herm. Vuit. d. tr. d. c. 5. n. 5. vers. huc etiam Uld. Zas. d. Epis. feud. p. 4. n. 20. Georg. Obrecht d. tract. c. 3. n. 26. Merum tamen Imperium non venit, & ne*

quidem



dem eo casu, si Castrum cum Jurisdictione Ca-  
strum sit l. 1. in pr. & ibi Dd. ff. d. offic. ejus cui mand.  
est Jurisd. Jacob. d. S. Georg. in verbo de Castro Rubei  
montis n. 6. Georg. Obrecht. in d. tr. lib. 2. c. 3. n. 76.  
Vide Hunn. in d. tr. d. Feud. c. 9. pag. 169. ubi post  
Matth. Stephani, Muscorn. Schneid. & alios, putat si  
Princeps Castrum unà cum plenissima & om-  
nimodà Jurisdictione in feudum dederit, me-  
rum Imperium in Vassallum translatum videri  
per l. si in aliam 7. §. fin. cum ll. seqq. ff. d. offic. Procons.  
& legat.

### IX.

Haecenus de Immobilibus Rebus soli, soloq; cohæ-  
rentibus: Immobilibus annumerantur Jura, inter quæ  
primum locum meritò tenent REGALIA, soli Im-  
peratorum ad Imperij dignitatem utilitatemq; reservata;  
Eaq; vel Majora vel Minora sunt.

*Herm. Vult. d. tr. d. Feud. c. 5. n. 6. & 7. Georg. O-  
brecht d. tr. lib. 2. c. 3. n. 95. & seqq.* Nos hanc Re-  
galem Regalium materiam hic tacito præter-  
vehimus axe, Decimæ ac ultimæ nostri Colle-  
gij Feudalis Disputationi, Deo annuente reli-  
ctam.

### X.

Hæc sequuntur Pensiones de Camera (a) & Cave-  
na, (b) Annui redditus (c) qui & Panes (d) & Annonæ ci-  
viles in jure dicuntur, (e) Servitutes, (f) & Jura (g) si  
quæ sunt similia.

(a) Quam thesaurariam etjam Regiam nomi-  
nat Thom. de Marin. in tr. de Feud. tit. d. Feudo Cam.  
n. 6. Si annuatim nomine Feudi ex Camera  
Principis vel alterius Domini solvatur certa  
quantitas pecuniæ. Vid. disp. nostram 1. th. 29. Ta-  
le Feudum appellatur *Ein Cammerlehn*

oder

oder Mangelt/Wan ein Fürst einem Edel-  
man jährlichen erzliche Gülden auß seiner  
Cammer zureichen/zu einem rechten Man-  
lehnt verschreibet. *c. un. §. fin. 2. F. 1. c. un. §. si ve-  
ro Vasallus 2. F. 2. c. un. in pr. 2. F. 59. Joh. Schneid. d.  
tr. d. Feud. part. 2. n. 24. (b) si frumentum, vinum,  
oleum ex horreo vel cellario Domini annua-  
cim fidelitatis ac servitiorum nomine alicui  
concedit. *dd. capp. vid. d. disp. 1. th. 30. (c) Clement.  
Exivi §. cumq. annui redditus d. V. §. explicita non ve-  
ro Lupanari aut manifeste Usuraria negotia-  
tione provenientes l. si remunerandi 6. §. rei tur-  
pis l. si mandavero 22. §. qui adem 6. ff. Mand. l.  
filius 15. ff. de condit. Instit. Uld. Zas. d. tr. d. Feud. p. 4.  
n. 9. Joan. Schneidw. d. p. 2. n. 26. Herm. Vult. d. tr. c. 5.  
n. 9. (d) l. fin. §. praeterea 2. C. de jure dot. Schneidw. d.  
tr. d. Feud. p. 2. n. 14. Uld. Zas. d. p. 4. n. 14. Excipit tamē  
n. 17. panes hebdomadarios inter Canonicos  
distribuendos, illos, propter quotidianam ne-  
cessitatem in Feudum dari posse negans (e)  
l. jubemus 14. in pr. C. d. SS. Eccl. Nov. 7. in pr. vers.  
vult enim illa, ibi, nam annonae civiles inter  
immobilia sunt numerandae. (f) Quas quis  
feudi nomine suo Prædio imponere potest  
l. cum manu 80. §. 1. ff. d. contrah. emt. l. tenetur 6. §.  
si tibi iter 5. ff. d. act. emt. Sed quas semel acqui-  
sivit, suo prædio urbano vel rustico in Feudum  
concedere nequit Ludolph. Schrad. d. tr. p. 3. c. 2. n.  
55. & 56. Rosenth. d. tr. d. c. 4. concl. 2. n. 3. Joan. Niell.  
disp. feud. 3. th 2. in alleg. (g) Venandi, Aucu-  
pandi, Piscandi, Pascendi, ligna Cædendi, quæ  
in Feudum concedi posse ambigi non debet  
inquit Rosenth. d. c. 4. concl. 2. n. 2. ubi lit. C. multas  
adducit autoritates.**

## XI,

Ad hanc classsem Aëtiones ad res immobiles com-

G

petentes

petentes refert, easq; in feudum dari posse communis Doctorum schola (a) statuit, à qua nos discedendum arbi ramur: (b) Ut maximè enim rebus immobilibus connumerentur, (c) quomodo poterit feudum in ijs consistere, cum nullus sit earum usufructus à proprietate separatus.

- (a) Borcholt d. Feud. d. c. 6. n. 16 Vult. d. lib. 1. c. 5. n. 8.  
Henr. Rosenth. d. c. 4. concl. 6. n. 2. Georg. Obrecht d. tr. d. Feud. d. lib. 2. c. 3. n. 100. Hunn. d. tr. d. cap. 9 pag. 176.  
(b) Cum Joan. Niell. d. disp. Feud. 3. th. 2. in fin. quem sequitur Dn Conrad. Rittersh. disp. Feud. 3. th. 25.  
(c) Andr. Geil. lib. 2. obs. 11. ubi hanc sententiam in Camera Imperiali approbatam esse dicit.

## XII.

Cæterum res illæ, quas hætenus recensuimus, sic demum in Feudum dari poterunt, si sint commerciales (a) nec aliqua tatione alienari prohibitæ; (b) Prohibentur autem quædam provisione legis, quædam provisione hominis.

- (a) Quod Germanicè posse dici existimat Zaf. Gewerbsgenossen Herm. Vult. d. c. 5. n. 2. vers. præterea hæ res. (b) c. an. §. sed etiam res 2. F. 3. Borch. d. c. 6. n. 10. Schrader. d. part. 3. cap. 1. n. 1. & 2.

## XIII:

Provisio legis in feudum dari prohibentur Res Sacræ, Religiosæ, & Sanctæ; (a) Item fundus Dotalis, (b) bona Minorum, (c) nec non Filij familias Adventitia. (d)

- (a) Quoniam in nullius bonis sūt § nullius 7. & §. seq. & ibi Joh. Harprecht Inst. d. R. D. Zaf. d. part. 4. in pr. Vult. d. c. 5. n. 11. Schneid. d. tr. de Feud. part. 2. n. 2. Per consequentiam tamen universitatis ut vendi, ita in Feudum concedi possunt l. in medicis 24. ff. d. contrah. emt. Henr. Rosenth. d. cap. 4.

conclus. 13.

conclus. 13. (b) §. 1. Inst. Quib. alien. lic. vel non l. un. C. de rei ux. act. Vult. d. loc. n. 2. (c) tot. tit. C. de prad. & al. reb. min. fin. Decr. non alien. (d) Quorum ususfructus ad patrem pertinet §. quod nobis Inst. per quas pers. cui acquir. l. cum oportet 6. in pr. C. de bon. quæ lib. Sed an de illis bonis adventitijs, in quibus Filiusfamilias & Ususfructum & proprietatem habet, Feudum constitui possit, non undequaq; expeditum est Joann. Niell. disp. Feud. 2 th. 4 lit. E. negat, Helf. Ulr. Hunn. in d. tr. d. Feud. c. 7. pag. 108. affirmat; Cujus sententiâ verior videtur propter Nov. 117. c. 1. §. 1. & l. 7. & l. 8. §. 5. vers. filius autem familias C. d. bon. quæ liber.

#### XIV.

Dispositione hominis, quæ ut lex ipsa servanda est, interdum res alienari prohibentur, idq; vel conventionione inter vivos vel ultima voluntate fit.

1. fin. C. d. reb. alien. non alien. l. filiusfamilias 114. §. Divi Severus & Antoninus 14. ff. d. legat. 1. l. p. 69. §. fratre 3. l. cum pater 77. §. liberis 27. ff. de leg. 2. l. fin. §. sed quia 2. & Auth. res quæ C. comm. d. legat. Herm. Vult. d. tr. de Feud. d. 6. §. n. 2. vers. ex dispositione.

#### XV.

Res Ecclesiasticæ (a) tamen, modo adhibeantur solemnitates in rerum Ecclesiasticarum alienatione, necessariæ, (b) aut sint antiquitus (c) infeudari solitæ, (d) & bonis Ecclesiæ nondum rursus incorporatæ (e) in Feudum licitè dari possunt.

(a) Quas à rebus sacris de quibus supra cum Joh. Borch. d. tr. d. c. 6. n. 18 distinguimus. (b) c. nulli §. X. d. Reb. Eccl. alien. vel non Auth. hoc jus porretum C. d. SS. Eccl. c. sine exceptione § 2. ca. 12 quæst. 2.

*Iud. Schrad. d. tr. p. 4. c. 2. n. 12. (c)* Id est ante  
 Urbani II. Pontificis Decretum *c. un. r. F. 6. c. 6.*  
*un. in pr. 1. F. 1. Vid. disp. 2. th. 5. lit. G. in fin. (d)*  
 Quando res dicatur infeudari solita, non con-  
 venit inter Feudistas; Sunt enim hac de re  
 vastissimi opinionum fluctus, qui teste *Henr. Ro-*  
*senh. d. c. 4. concl. 29. n. 1* ad nubes usq; exæstuant;  
 Nos cum in jure definitum non sit, arbitrio Ju-  
 dicis id committimus *arg. l. 1. §. 2. ff. d. jur. delib.*  
*Menoch. in tr. de A. F. Q. cap. 81. n. 5. Vid. Vult. in d.*  
*tr. d. c. 5. n. 14. vers. verum eam vero d. c. un. 1. F. 1. & d.*  
*c. un. 1. F. 6.* non de rebus infeudari solitis, sed  
 de Personis antiquitus consuetudinem infeu-  
 dandi habentibus, contra communem Dd. o-  
 pinionem eleganter explicantem. (c) Incor-  
 poratas dicimus, quando expressè in librum  
 censualem relatæ & mensæ Prælaturæ appli-  
 catæ sunt, de quo si non constat, ex arbitrio  
 boni viri secundum Ecclesiæ consuetudinem  
 æstimandum, ex quanto tempore incorpora-  
 tæ præsumantur: *Joh. Borch. d. tr. d. c. 6. n. 29. Henr.*  
*Rosenh. d. c. 4. concl. 34. n. 9.* ubi magnum circa hoc  
 tempus incorporandi, variorum Doctorum  
 conflictum refert, quem etjam *Herm. Vult. d. c.*  
*5. n. 14. vers. incorporatum.* & *Joh. Borch. d. c. 6. n. 28.*  
 indicant.

## XVI.

Decimas in Feudum dari prohibuit Concilium La-  
 teranense; (a) Sed quæritur, si ante illud Concilium  
 in Feudum datæ, & postea ob delictum vel finitam,  
 Vasallorum generationem ad Ecclesiam reversæ, Lai-  
 co rursus in Feudum concedi possint? Adfirmantibus  
 calculum adjicimus. (b).

(a) Cujus meminit Innocentius II L. Papa in:

*c. cum*

*c. cum apostolica 7. in fin. X. de hiis que sunt à Prelat.*  
*Vid. c. ad hæc 15. c. quamvis 17. & c. prohibemus 19. X. de*  
*Decim primis. & oblat. Henr. Rosenth. d. tr. d. c. 4. concl. 6.*  
*Quo tempore illud Romæ habitum; variant*  
*tam Juri, quam Historici, uti videre licet apud*  
*Rosenth. d. c. 4. concl. 27. lit. B. in fin. (b) Borch. d. tr. de*  
*Feud. d. c. 6. n. 19. in fin. Rosenth. d. tr. d. Feud. d. c. 4.*  
*d. concl. 27. n. 2. Jul. Clar. S. Feudum quest. 13. n. 2.*  
*Didac. Covar. lib. 1. var. resol. c. 17. n. 5. ubi hæc Ad-*  
*firmantium sententiam in praxi magis com-*  
*munem testatur.*

## XVII.

Postremo nil refert, Res in Feudum danda, sit Allo-  
 dialis (a) sive Feudalis (b) Propria (c) sive Aliena, (d)

(a) Allodium, quod Feudo opponitur, *c. un.*  
*S. inter filiam 2. F. 26. c. un. 2. F. 54.* quidam di-  
 ctum putant quasi Alaudium, quod nemo co-  
 gatur laudare autorem sive Dominum reco-  
 gnoscere; Alij à vernacula lingua *Unlo-*  
*dent* quasi ita conferruminatum familiæ, ut dif-  
 ficile ab ea avelli possit; Alij à Germanico  
*Ull* quasi quod totum pleno jure contineatur  
*Dn. Conrad. Rittersh. tr. de Feud. lib. 1. c. 2. quest.*  
*19.* Aliam nominis rationem adfert *Borcholt. d.*  
*tr. d. Feud. c. 2. n. 13.* putans Allodium nomina-  
 tum quasi *ohn Leuthe* / quod prædium non  
 habeat *Leuthe* id est, homines sive Vafallos:  
 Sed hi sunt lusus ingeniorum, quorum in  
 Etymologijs magna conceditur libertas. (b)  
 Nam Vafallus rem feudalem alteri in Feu-  
 dum concedere potest absq; consensu et jam  
 Senioris *c. un. S. sed etiam 1. vers. per feudum ta-*  
*men cuiq; dari potest. 2. F. 3. c. un. in med. pr. 2. F. 9.*  
*c. un. S. beneficium 2. F. 26. c. un. S. similiter 2. F. 34.*  
 Id quod subinfeudationem vocare solemus,

Germanicè Aſſerlehn. *Joh. Schneid. d. tr. de Feud. part. 3. n. 89.* Certæ tamen huic Subinfeudationi conditiones adſint, neceſſe eſt, quas poſt *Joh. Schneid. d. loc. enumerat Dn. Conr. Rittersh. in d. tr. de Feud. lib. 2. c. 2. quaſt. 12. Hunn. d. tr. de Feud. c. 9. pag. 186.* Feudum etjam nondum apertum à Perſona, tam Eccleſiaſtica quàm Seculari in caſum mortis alicui dari moribus receptum *Vid. c. un. 1. F. 3. c. un. 1. F. 3. c. un. 1. F. 9. c. un. 8. moribus 2. F. 26. c. un. 2. F. 35. & Diſput. 2. th. 9. (c) tam Concedentis quàm Accipientis; de re concedentis propriâ, nulla dubietas; Res accipientis propria etjam ab alio recognoſci & in Feudum redigi poteſt, dummodo accipiens id ſciverit, ac juſ ſuum non ignoraverit *Es kan einer dem andern ſeine eigene freye Gütter aufftragen vund zu Lehn machen Vult d. tr. d. c. 5. n. 18. & 19. Franciſc. Bursat. conf. 46. n. 17. & ſeqq. vol. 1. ubi tria ad hanc recognitionem tanquam neceſſaria exigit. (d) c. un. in pr. 2. F. 8. c. un. 2. F. 25.* Si autem illa evincatur, diſtinguendum eſt ſecundum *d. c. un. in pr. 2. F. 8. ſciensne Vaſallus Inveſtitus ſit de re aliena, an ignorans; Priori caſu, quia in acquirendo habuit malam fidem, nihil lucratur, text. in c. un. 2. F. 80. c. un. in ſin. 2. F. 87, c. un. 2. F. 96.* Poſteriori caſu, ſi Dominum vocaverit, aliud ejuſdem bonitatis ſeu quantitatis Feudum, quod Cambium eſt *Wechſel Feudiſta in d. c. un. 2. F. 25. nominat, conſequitur. d. c. un. in pr. 2. F. 8.* In eo autem, qui inveſtituram fecit, nulla eſt differentia, utrum ſciverit vel ignoravit *d. c. un. in ſin. pr. 2. F. 8. c. un. 2. F. 46.**

COROL.

# Corollaria.


## I.

**E**lectoralis Septemvirorum Imperij dignitas à quo primum instituta, Politici ac Historici mirifice variant; Quidam ejus originem Carolo Magno, quidam Henrico, qui Auceps dictus, quidam Henrico II. sive Sancto, quidam Conrado II. sive Salico, quidam Friderico I. Barbarossa, quidam Friderico II. Henrici V I. Imp. filio adtribuunt, quos omnes post Simon. Schard. in tract. de Elector. cap. 5. refutat Petr. Heig. lib. 1. quæst. jur Civil. & Saxon. q. 3. putans ejus incunabula Othoni III. adscribenda. Quod licet veritatem historicam olere videatur, tamen fateri cogimur, sicut ab initio post institutum Othonis præter Electores Septemvirales nihilominus alij etiam Principes non quidem omnes, sed ex certis duntaxat familijs illustrioribus aliqui Electioni interfuerint, Ita postea procedente tempore ad solos Septem viros potestatem & authoritatem eligendi Imp. delapsam esse; quod cum occultè primum invalesceret, ut mutatio non animadvertetur, priusquam facta fuisset, tandem à Carolo IV. Imp. adprobaturam & in auream Bullam 4 Id. Januarij Anno Christi 1356. Noribergæ relatum est.

II. Ingens



*Ingens Papicolarum & Protestantium concertatio est de famosissima illa Constantini Magni Imp. donatione, quâ is Pontifici Sylvestro Universale Ecclesiarum dominium Occidentis, maximè vero urbis Romæ, Italia, Sicilia, Hispania, Germania &c. donasse dicitur, An facta, vel jure facta sit? Utrumq; Negantium sanior est sententia; Præterquam enim quod seculi ejus scriptores, & præsertim Eusebius, qui vitam Constantini M. descripsit, nullam ejus donationis faciunt mentionem, & Constantinus M. tribus Filijs suis Imperium divisit, Constantino Occidentalium, Constantio Orientalium, Constante Alpinarium & interjectarum partium Principe constituto, Euseb. lib. 4. de Vit. Constant. c. Constantinus dist. 96. quog; Palea inscribitur, cujusmodi CC. vel ex Canonistarum sententia, authentica non habentur, nihilq; probant; Varietas etjam qua aliter in d. c. Constantinus, aliter in c. futuram 12. quæst. 1. refertur, donationem hanc suspectam reddit: Et Papæ in propria causa attestanti fides non habetur l. nullus 10. ff. d. test. Cui etjã Æneas Sylvius, qui postea Pontifex & Pius secundus dictus, in Dialogo, quem scripsit, cum Cardinalis esset, cõtradicat. Eam vero non jure factam ex eo liquet, quod Imperator non solum Imperium conservare & augere, sed etjam ab eo avulsa recuperare tenetur §. 1. Conf. d. Nov. Cod. fac. Nov. 11. in pr. & in proæm. Inst. ubi Harpr. in epig. proæ. n. 73. & seqq. Eberh. Bronchorst cent. 2, miscel. controv. assert. 80.*



Disput. 4.

a. cum apostolica 7. in fin. X. de  
 Vid. c. ad hoc 15. c. quamvis 17. &  
 Decim primis. & oblat. Henr. Rose  
 Quo tempore illud Romæ  
 tam Jcti, quam Historici,  
 Rosenh d. c. 4. concl. 27. lit. B. in  
 Feud. d. c. 6. n. 19. in fin. Rosenh  
 d. concl. 27. n. 2. Jul. Clar. S.  
 Didac. Covar. lib. 1. var. resol. c.  
 firmantium sententiam in p  
 munem testatur.

XVII.

Postremo nil refert, Res in Fe  
 dialis (a) sive Feudalis (b) Propri

(a) Allodium, quod Feud  
 S. inter filiam 2. F. 26. c. un. 2  
 etum putant quasi Alaudium  
 gatur laudare autorem sive  
 gnoscere; Alij à vernac  
 den quasi ita conferruminat  
 ficile ab ea avelli possit;  
 Illi quasi quod totum plen  
 Dn. Conrad. Rittersh. tr. de Fe  
 19. Aliam nominis ratione  
 tr. d. Feud. c. 2. n. 13. putans  
 tum quasi ohn Leuthe / qu  
 habeat Leuthe id est, homi  
 Sed hi sunt lusus ingenio  
 Etymologijs magna conce  
 Nam Vasallus rem feudal  
 dum concedere potest abs  
 Senioris c. un. S. sed et jam  
 men cuiq; dari potest. 2. F. 3. c. 4  
 c. un. S. beneficium 2. F. 26. c.  
 Id quod subinfeudationem

ralat.  
 X. de  
 mcl 6.  
 riant  
 t apud  
 tr. de  
 d. c. 4.  
 n. 2.  
 Ad-  
 com-

da, sit Allo-  
 Aliena. (d)

c. un.  
 n di-  
 o co-  
 reco-  
 nlo-  
 t dif-  
 nico  
 eatur  
 quast.  
 oit. d.  
 nina-  
 non.  
 illos  
 m in  
 (b)  
 Feu-  
 jam  
 um ra-  
 e. F. 9.  
 e. F. 34.  
 mus 37

Germa-

